



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

54. Christus à popularibus suis male acceptus, dum in Nazareth eos doceret, ipsorum ingratitude & incredulitate arguit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 53. Parabola thesauri absconditi in agro, margarita à mercatore empta, & retis in mare demissi, Matth. 13. * 52.

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohanne.
<p>Simile est regnum cęlorum thesauro abscondito in agro; quem qui inuenit homo, abscondit, & pro gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quę habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cęlorum homini negotiatori, quęret bonas margaritas. Inuenta aut vna pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quę habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum cęlorum sęgenę missę in mare, & ex omni genere piscium congregati: quā, cum impleta esset, educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autę foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. exhibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hęc omnia? Dicunt ei, Etia. Ait illis, Ideo, omnis scriba doctus in regno cęlorum, similis est homini patri-familias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. * 54.</p>			

CAP. 54. Christus à popularibus suis male acceptus, dum in Nazareth eos doceret, ipsorum ingratitude & incredulitate arguit. Matth. 13. * 53. Mar. 6. * 34. Luc. 4. * 23.

S. Mattheus.	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohanne.
<p>ET factum est: cum consummasset Iesus parabolas istas, transit inde. Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagoga eorum, ita vt mirarentur. & dicerent, Vnde huic sapientia hęc, & est sapietia quę data est illi,</p>	<p>ET egressus inde, abiit in patriam suam; & sequebatur eum discipuli sui. & facto sabbatho cepit in synagoga docere: & multi audientes admirabatur doctrina ei, dicentes, Vnde huic hæc omnia? & quę est sapietia quę data est illi,</p>	<p>ET venit Nazareth vbi erat nutritus: & intrauit secundum consuetudinem suam</p>	

<p><i>S. Mattheus.</i></p>	<p><i>S. Marcus.</i></p>	<p><i>S. Lucas.</i></p>	<p><i>S. Iohannes.</i></p>
<p>& virtutes? Nōne hic est fabri filius? Nōne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph, & Simon & Iudas: & sorores eius nōne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scādali- zabātur in eo. Iesus autē dixit eis, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Et non fecit ibi vīr- tutes multas propter incredulitatem illorum. * 56.</p>	<p>& virtutes tales quę p manus eius efficiūtur? Nōne hic est faber, filius Marię, frater Iaco- bi & Ioseph & Iudę & Si- mōnis? nō- ne & sor- res eius hic nōbiscum sunt? Et scandaliza- bātur in il- lo. Et dice- bat illis Ies^o Quia nō est ppheta sine honore, nisi i patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. & non poterat ibi virtutē vllā facere: nisi paucos infir- mos impo- sitis mani- bus cura- uit: & mira- batur pro- pter incre- dulitatem eorum. * 55</p>	<p>suam die sabbathi in synagogā: & sur- rexit legere. Et traditus est illi liber Isa- ię propheta. Et vt reuoluit librum, in- uenit locum vbi scriptum erat, Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare capti- uis remissionem, & cęcis visum, dimit- tere confractos in remissionem, prædi- care annū Domini acceptum, & diem retributionis. Et cūm plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos. Quia hodie impleta est hæc scriptura in auri- bus vestris. Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quę procedebant de ore ipsius, & dice- bant, Nōne hic est filius Ioseph? Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc similitu- dinem, Medice, cura te ipsum: quāta au- diuimus facta in Capharnaū, fac & hęc in patria tua. Ait autem, Amen dico vo- bis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis, multæ viduę erāt in diebus Elię in Israēl, quā- do clausum est cælū annis tribus & mē- sibus sex, cūm facta esset fames magna in omni terra: & ad nullā illarum missus est Elias, nisi in Sarepte Sidonię, ad mu- lierē viduam. Et multi leprosi erāt in Is- raēl sub Elisæo propheta: & nemo eorū mūdatus est nisi Naamā Syrus. Et re- pleti sunt omnes in synagoga ira, hęc au- dientes. Et surrexerūt, & eiecerunt illū extra ciuitatē: & duxerūt illū vsque ad supciliū montis, super quē ciuitas illorū erat edificata, vt p̄cipitarēt eū. Ipse autē transiens per mediū illorum, ibat. * 27.</p>	<p>K 2</p>